VESTIGIUM COMETO-GRAPHICUM,
ſive
DISSERTATIO
Philoſophico - Mathematica
De Cometarum Naturâ, Forma, Motu, Loco, Effectu & Criſi Prognoſtica.

Cui præfixa eſt

ANIMADVERSIO:
Philoſophico - Mathematica Eclipſeos Lunaris & Cometæ Anno 1677. in diverſis Germaniæ Horizontibus obſervatorum, cum brevi enumeratione Cometarum hoc ſeculo conſpectorum.

Authore

P. JOANNE KÖNIG,
è Societ. Jeſu.

Editio Secunda, auctior & longè emendatior.

ANNO M DC LXXIX.

REVERENDISSIMO
in Christo Patri

AMPLISSIMO PRÆSULI
ac Domino

D. NICOLAO

Celeberrimorum Monasteriorum, Maris Stellæ vulgò Wettingen in Helvetia, & Portæ Cœli in Brisgojæ Ordinis Cisterciensis

Abbati Dignissimo

Nec non

Per Helvetiam, Alsatiam & Brisgojam ejusdem Ordinis

VICARIO GENERALI.

Domino suo gratioso.

Reduco

DEDICATIO.

REduco, quem Cœlum priore anno exeruit, Cometam, Antiſtes Ampliſſime, eumque Illuſtri & Reverendiſſimo Nomini Tuo inſcribo, quòd Tute & Stellam referas & præferas. Illa virtutis Tuæ eſt & Illuſtris proſapiœ: hæc muneris & officii. Non ſuccenſebis, credo, Aſtromantæ audaculo, nec aſtro ominoſo. Utrumque ſine noxa eſt; nam ille Patronum quæſivit *Sapientem, qui dominatur aſtris*, hoc invenit: Te videlicet Præſulem eximiâ virtute, prudentiâ ſingulari, & rarâ ſapientiâ inſtructiſſimum. Porrò virtutem ſtellam eſſe, imò Soſem ipſum, Divina clamant oracula: Prælatura verò lux eſt ſupra candelabrum poſita. Prior tua Stella promeruit tibi hanc alteram, ut undique ſplendeas, & ſic Cliens Patronæ, Filius Matri congruas, Lucidus Lucidæ, hoc

eſt,

eſt, *Illuſtris Prælatus Virgini Stelliferæ*, C
nobii tui Celeberrimi Tutelari & P
tectrici. Hanc tibi radioſis crinibus M
nachio adduco non peregrinam, q
ubique Tibi tam notam, quàm ubiq
Tibi charam, & dilectam: mihi etia
feliciter omninoſam: nam dum veſ
gia Duco Mathematica, *pili* Virgi
mihi pro *filis* ſunt, Tu pro Theſeo, *A*
tiſtes ſapientiſſime. Accipe igitur ten
quidem hujus meæ lucubratiuncul
Veſtigium, magnum tamen mei er
Te obſequioſi affectûs argumentur
Societatis verò noſtræ, quam multâ d
gnaris benevolentiâ, amoris & obſ
vantiæ monimentum.

Reverendiſſimæ Amplitudini Tuæ

Devotiſſimus ſervus

JOANNES KÖNIG, Soc. Jeſ
Præl

PRÆLOQUIUM.

NOn apodixin instituo scolasticam, sed brevem tantùm graphidem Philosophico-Mathematicam, sive compendiariam, & criticam descriptionem Cometæ & Eclipseos Lunaris anno præsente mense Majo apparentium. Ubi locorum aliquot insignium observationes, & experientias refero, & deinde Cometarum in communi causas, effecta & portenta discutio cum syl abo & brevi animadversione Cometarum hoc seculo conspectorum, quique Cometas illos subsecuti sint affectuum notabiliorum, ut ex horum comparatione ad præsentem facta divinare possis secuturos eventus, aut quid futurum sit, cùm prædicere nequeas, certè non imprudenter arguere: Cometa enim signum, nota, & character est Cœli, quem Deus exscribit & exhibet mortalibus legibilem, vel in æstimationis & amoris sui illicium, vel in Majestatis & terroris sui ostentum, ut ominosa meritò omnibus videatur stellæ hujus comparitio hoc tempore, quo ipse accensionis ejus articulus bellicis tumultibus est formidabilis, eventusque sui exspectatione sollicitam reddit & anxiam Europam penè universam. Sed quale sit hoc nostrum Phenomenon, qualiterq; mul-

torum obtutibus,& Astronomico judicio spect
dum se diverso loco & tempore præbuer.t, di
ciemus, postea quam Eclipsin Lunarem adve
rimus: tudi tantum rei factâ relatione.

ECLIPSIS LUNARIS

Imago.

Eclipseos nomine accipimus defectum Lur nis Planetarii, qui aliud non est, quàm privat quædam irradiationis, quæ fit vel subtractio irradiantis vel interpositione corporis opaci. P ori modo Planeta verè deficit, posteriore tantù apparenter. Porrò *Apparens* Eclipsatio fit v oppositu alterius Planetæ, vel macularum, v ipsius telluris. *Vera* fit solâ Divinâ virtute ord nante. Pro quo sciendum viam solis sive alteri Planetæ dici illum circulum, quem Planeta retr gradiendo describit, dum ad septentrionem, Austrum declinando tardiùs ad occasum mov tur, quàm stella fixa Sic Sol currendo motu pr prio delineat Eclipticam, alii alios circulos, quo rum semitæ si descendunt infra Solem, tunc Ecl pticam Solis superiorem secant in duobus pun ctis quæ vocantur *nodi ascendentes*, vel *descen dentes*, suntque & communiter appellantur *ca put & cauda Draconis*. in quibus Solis, & Lun Eclipses fiunt hoc pacto: si Sol & Luna concur runt ad eundem nodum, tunc Sol eclipsatur, qui inter Solem & nostrum aspectum Luna interpo nitur, estque hæc Eclipsis Solaris. Quòd si ver unum nodum eodem tempore Sol occupet, & al

terum

terum Luna, tunc erit Eclipsis Lunaris, quia sic terra interponitur in linea recta inter Solem & Lunam, id quod & factum mense præterito.

Itaque 16. die Maji Astron. An. 1677. in Alsatiæ Horizonte Eclipsis Lunæ visa est cœpisse hora 15. 7. 40. Medium & finem non licuit nobis observare. Cetera congruunt observationibus aliis præsertim Ingolstadiensi, quam in hæc verba Doctus Mathematicus refert: cœpit Eclipsis hic hora 15. 7. 40. Medium texêre nubes. Finem occasus. Argolo secundum Meridianum Romanum fuit initium hora 14. 54. 57. Hectero ad Meridianum Gedanensem incepit hora 15. 12. 53. Distabat Luna ab Arcturo 47. 9. sub initium Eclipticæ. Umbram ingressa est circa maculam *sinum roris* dici solitam. Calculum non licuit expedire. Credo esse mendum in Argolo: nam in calculo ponit ad initium Eclipseos Latitudinem Lunæ 35. in fine 46. quam latitudinem in schematismo servavit (quem vide supra.) Verùm eam cum loco Leon. nondum potui combinare, atque hæc de Eclipsi breviter: quam videris cum Cometa in 1. Tab. sequitur

COMETÆ

Apparitio & Observatio.

Prima, quam accepi, fuit in vicino Horizonte *Rheinfelda*, ubi stella primò obscurior, sed caudata ascendere visa est 28. April. 1677. hora 3. matut. ab Oriente versus Meridiem, quæ posteaquam altiùs emersit supra montis jugum quod

Sekingensibus imminet, paulò dilucidior major tamen stellis notabilioribus, citò ne matutinis & nube intercepta est, & quam diebus sequentibus videndam reddidisset. in tamen instrumenti, & artificum mansit ino vata. Similis Cometæ ostensio fuit Carlseck montis supercilio, quod contiguum est Ca Friburgensi Brisgoico, sive Leopoldoburgo eodem die spectabilis Cometa sequentium rum nubilo & intemperie conatus Mathema rum elusit, donec Merzhusii vicino urbi vi confertâ multitudine hominum, sed perb temporis spatio observatus est vix altero gr sublimior montoso Horizonti circa Arietis pr cipium incumbere.

Dilingæ in Academia Sueviæ spectatus Co ta est prima die Maji, hora 3. mat. circa Ori tem æstivum paucis ab Horizonte gradibus vatus. Discus Cometæ juxta nudam oculor æstimationem non videbatur excedere speci stellæ secundi honoris. Cauda à Sole, ut fit, av sa longitudinem apparentem præferebat bipe lem nec in cuspidem, sed in obtusam lucem de nens. Color sideris argenteus, aut ignis à vici sole subpallidi. Locus inter Andromedam Perseum, in quo ipso loco ante cæptum Gall Batav cum bellum fulserat exilis Cometa A 16 motu proprio per sidus Persei delatus in Tauru ibique extinctus est.

Oenipontis in Academia Tirolensi ipsaque i urbe spectatus à peritis non est Cometa, bene t men contiguis in montibus; sed caudæ confo matio

matione luceque tam tenui, ut ejus differentia ceteris à stellis vix notaretur, fueritque Astrologus non nemo, qui Cometam pro Venere contemplatus Planetam assereret Auroræ prænuntium, hortareturque pium & meticulosum populum, ne quid periculi suspicaretur, quòd stella Hymenæum portenderet, non Bellonam. Verùm ego opinionem hanc Astrologi inde ortam existimo, quòd cùm alibi cauda Cometæ aliàs obscurior appareat hic ne quidem animadverti ab oculatis potuerit, obstantibus montium evaporationibus nebulosis, & oculi & caudæ aciem obtundentibus, tum quòd Venus eo ferè tempore, situque Solem soleat præcurrere: qui error etiam Milesios lusit Astrologus.

Friburgi Brisgojæ Academia comparuit Cometa 23. 27. & 27. April. at observatus à paucis est ipsa in urbe, bene tamen in suburbio nondum adhuc averso, quod appellant Neoburgum, ubi arci Leopoldoburgicæ visus est imminuisse propiùs sesqui gradu remotus ortum versus; spectatus autem est secundùm indigenarum calculum supra caput Arietis existere conversâ caudâ contra meridiem. quò & vergente cœlo visus est inclinasse. Forma Cometæ spectatoribus apparebat instar carbonis igniti tenuis, donec se per nebulas explicavit, traxitq caudam vix bipalmarem.

In Franconiæ Academia, Horizonte Norimbergensi observatus Cometa est 22. April. hora mat. 3. ascendere ab Oriente versus Occasum ordinariâ cœli conversione. Caudam seu cristam potius (nisi figura fallat ibidem expressa) verge-

bat surſum in partem Borealem. Corpus o
apparentiæ præſeferebat molem pomi citrin
joris, ita ut excederet ſtellam primæ magn
nis. Criſta, ſeu cauda non protendebatur
ulnas duas, erecta media inter Andromeda
Perſeum verſus Caſſiopeiam loco ferè eoden
comparuit Ann. 1472. Stella depilis porten
Color ſideris fuit non tam argenteus, quàm,
multis videbatur, ſtanneus. Situs erat inte
angulum & Veſpam, Algol, & pedem Andr
dæ, &c. Curſus erat velocior; nam cum pi
die Cometa apparuiſſet hora matutina terti
tero ſe jam oſtentabat hora ſecundâ. Ten
tamen motus ejus non potuit ad calculum r
cari propter ſeqq. dierum nubila.

Gedani 30. April. viſus eſt Cometa in gra
Tauri remotus à Sole 19. Lat. Boreali 18. Pr
Maji die deprehenſus eſt in gradu dicti ſign
lat. gr. 17. min. 40. Die 3. Maji in gr. Taur
habens lat. 14. gr. Die quinto in 17. lat. Borea
Die ſexto in gr. 18. lat. gr. 15. m. 30.

Berlini comparuit Cometa 1. Maji, hora 2
30. remotus ab Algol gr. 12. m 10. ab Allamk g
à Mirach. gr. 15.

Vratislavia in Sileſia obſervatus Cometa
5. Maji, hor. 3. mat min. 15. diſtans à Capella
grad. à Meduſæ capite ſive Algol tantùm, qu
tùm Algol à Perſei hujus altitudo fuit grad.
min. 30.

Landſperga in Marchia Brandeburg. Com
longitudo obſervata eſt 5. ferè grad. die 30. Ap
hora 2. min. 20. ſed & Borealior Trianguli in
d

dem apparebat, quo tempore Spica Virginis radebat Horizontem, capite Draconis in Zenith ſtante. Accuratior (quam ego quidem legi) obſervatio ceteris eſt P. Mathematici Ingolſtadienſis, quam totidem ferè verbis refero.

Ingolſtadii Academia Bavariæ 1. Maji, manè circa hora 4. inter lucida nubium intervalla viſus Cometa eſt. Hic cùm eſſet altus grad. 9. min. 58. Lucida Aquilæ erat alta gr. 47. min. 49. Diſtantiam ejus à pede Auſtrali Andromedæ notavimus gr. 10. min. 45. Comam, ſive caudam protendebat verſus genu Caſſiopeæ. Corpus Cometæ videbatur ferè æquale ſtellæ primæ magnit. Cauda non excedebat 2. gr. cum dimidio. Die 2. Maji ſub ipſum Cometæ ortum Aquila erat alta 38. gr. 52. min. circa Med. 3. mat. Poſtea cum Cometa eſſet altus 3. gr. 41. min. Aquila erat 43 gr. 34 m. Cometa verò tunc à Cingulo Andromedæ diſtabat grad 18. 4 min. Die 5. Maji ex Atmoſphæra oriri viſus eſt alt. gr. 2. 40. min. diſtans à Mirach ſeu Cingulo Andromedæ gr. 23. min. 30. ab Allat mak grad. 14. min. 42. Die 6. ægrè videri potuis propter viciniam Solis, & Atmoſphæram nimis lucidam.

Ajunt quidam die adhuc 7. & 8. Maji, viſum ope Teleſcopii. Imo & veſperi à 2. Maji uſque ad 8. fides eſt penes auctorē magni nominis, quem volunt eſſe doctiſſimum Hevelium. Sed hæc retuliſſe tantùm ſufficiat. Sequitur jam etiam ceterorum

Brevis enumeratio Cometarum hoc Seculo conspectorum.

Anno 1577. Anspachii in collimitio Franniæ & Norici conspectus Cometa supra Zocum prope Saturnum, qui tunc grad. 10 Cacorn. obtinebat die 12 Nov. ita ut caudam pixiorem intra Capricorni cornua projiceret vatam non nihil, & versus meridiem expoctam. Hunc secuta est Coloniensis seditio, senaque belli, quod anno post 7. erupit, ubi al strologis anim adversum est Cometæ situm, situm, & tempus congruisse illorum Genesi, q rum erat tumultus & factio. quibus non tam cus (Colonia & ejus vicinia) quàm anni cri 1583. & 1584. congruebant.

An. 1578. 16. Maji, hora 9. post occasum Sc quo tempore Jupiter & Luna in Libra conjur erant, Cometa versus Ortum & Merid. caud longam habens conspectus est. Hunc alii duo C metæ minores sunt secuti. Eorum effectus p tentosos lege in Chronico ejusce annor.

Ann. 1580. die 9. Octobr. circa æquinoctii ve num Cometa pusillus primum conspectus versus meridiem paulatim deflectens qui mc retrogradu. signa Piscium, Aquarii, Capricor Sagittarii percurrit. Deinde Septentrionalis asce su factus, & celerrimo motu versus Aquilam v lantem, in signo Capricorni, & Sagittarii lati dinem Septentrionalem maximam adeptus e inde motum versus serpentarium dirigens à

Novei

Novembr. usque ad ultimum ejusdem stationarius fuit. Circa principium autem sagittarii subitò motum suum mutavit, versusque me idiem descendens directus factus est. Cumque rursus Zodiacum attigisset in primo gradu Sagittarii, in principio anni sequentis, eum evanuisse historici scribunt. Effectum ejus universalem futurum esse, quidam scribunt, hanc ob causam, quod motus à puncto Cardinali totius Cœli est factus, ubi post quadriennium elapsum Planetæ eodem in loco in trigono igneo convenerunt.

Inde Cometam hunc ad Catastrophen omnium Cometarum respicere Uranognostæ volunt, quæ ab hoc anno usque ad annum Christi 1604. eventura sunt. Qui autem effectum ejus particularem esse voluerunt, utpote quod motus ejus motui prioris Cometæ sit contrarius, Inde ratiocinati sunt, Cometam hunc maximas controversias in Germania, Gallia, Polonia propter electionem quorundam magnatum portendere, primum autem & principaliter circa electionem Archiepiscopatus Coloniensis. Deinde in Gallia propter ligam principum, contra regem. 3 Propter electionem regis Poloniæ, 4. propter electionem Episcopi Argentoratensis. 5. Circa An. 1600 & 1604. plurimas quoq; controversias de rebus controversis tunc temporis quoq; orituras esse.

Anno 1582. Cometa immensæ magnitudinis, (qui licet à paucis sit annotatus) 14. die Maii, post occasum Solis inter occasum & septentrionem à Sole prodiens motuque celerrimo, versus septentrionem ascendens, caudamque suam inter hume-

humerum dextrum & finiftrum Aurigæ Solem Afcendendo projiciens apparuit, & Maji ejufdem anni evanuit. Effectus huju metæ paulo poft fecutus eft, videlicet con ratio Hifpanica peronæ in picardia, quæ il bita eft. autem 4. bellum Germanorum, qu in Galliam profecti funt, funeftum. Septim tem mors Henrici tertii regis Galliæ culte Monacho clam interfecti, itidemque Guifii ta eft. Cambri & Cales portus præcipui An ab Hifpanis funt occupati. Hoc autem m Cometam verticalem Gallis portendiffe, ex entia docuit, quodque malum hoc ab Hif originem fumpturum Gallosque paffuros effe meta in principio Hifpaniæ verticalis vifus latimque deinde verfus feptentrionem pro diens defignavit, donec totam Galliam & B cum ab elevatione poli 36. grad. ufque ad el tionem quinquaginta dierum & quinquag quatuor graduum pervagatus eft.

Anno 1585. Cometa 9. die Octobr. in dec quinto gradu pifcium verfus meridiem & l ptica per gradus tredecim difcedens appa Inde progrediens fecundum fignorum ordin celerrimo motu per figna Arietis & tauri cur fuum habuit ita, ut fecundo Novembris per Æ noctialem & Zodiacum, verfus feptentriona afcendens, & Ecliptica feptem gradibus in deci gradu Tauri, decimo autem Novembris à prin pio Geminorum non procul abfuerit, ubi p quam motu tardiori progreffus eft, decimo fe Novembris tandem evanuit.

An

Anno 1593 Cometa (ex oppoſitione Saturni Jovis & Martis cauſatus) in ſignis Cardinalibus ſolſtitialibus 10. die Julii Sole ultimum gradum cancri occupante ante ortum Solis apparuit, qui motu ſuo, à Tropico cancri, à meridie verſus ſeptentrionem ſupra totam Europam vel circulum arcticum progreſſus eſt.

Motum ſuum retrogradum à Cancro per Geminos & Taurum, ita inſtituens ut 17. die Auguſti prope circulum arcticum, in principio Tauri ſit viſus, propeque Cepheum, 21. die Auguſti evanuerit, Effectus hujus Cometæ ex motu ejus talis ſecutus eſt, qui cum ab Oriente verſus Ungariam Græciam, & Conſtantinopolim motum ſuum direxit, caudam ſuam aſcendendo ad nos vertens, bellum Turcicum una cum morte Amuratis Imperatoris Turcici ſecutum eſt, cui filius Machomet imperio ſtatim ſucceſſit.

Quod bellum omnibus Germaniæ principibus (utpote quia Cometa à meridie verſus ſeptentrionem, ſupraque caput noſtrum, & totam, ut dictum eſt Europam aſcendit) & aliis finitimæ regionis populis in Africa & Meridie ſitis multum negotii faceſcit, utpote quod Cometa à Tropico Cancri primum exque locis infra Conſtantinopolim ſitis apparuit.

Anno 1596. die 9. Julii circa primam noctis, Cometa barbatus in plaga mundi ſeptentrionali inter ſtellas urſæ majoris in Horizonte Francofordiano ad Viadrum primum à quibuſdam literatis conſpectus eſt, qui motu ſuo paulatim progrediens ad poſteriores partes dictæ Urſæ pervenit.

[redacted]

nit. Mox etiam principium Leonis atting pede posteriore sequentibus diebus, ut aliq lunt visus est. Caput Cometæ colorem S Planetæ retulit. Cauda à capite in oppo Solis partem versus polum Eclipticæ versus diem extensa fuit, ac deinde paucos post die nuit. Post hunc Cometam eodem anno nc multò post Agria. castrum munitissimum periori Pannonia situm à Turcis post multip oppugnationem (strategematibus variis ten à 10. Octobr. usque ad 13. diem ejusdem m & anni, (cum præter omnem spem nostrate tius præsidiis & auxilio Christianorum des erant quique propter Cœli inclementiam ac tare celerius non potuerunt deditione à Chr nis cum gemitu facta) circa meridiem dict occupata est, fide tamen prius data à Turc stris militibus fore, ut salvi ad suos redirent tamen, ut hostis perfidus, postea promissi stetit.

Cum enim nostri milites non procul cur pitaneis ab Agria occupata à Turcis abessei itinere à Turcis & Tartaris miserabiliter cum gna multitudine eos insequente sunt spolia interfecti: Capitaneis ipsorum domino vi cet Niori paulo, domino Terski domino C ran Italo ac Domino Kinski ad Turcici imp toris tentorium tanquam captivis perlatis.

Anno 1618. visus Cometa horribilis tota Germaniæ (quemadmodum & Anno prius 16 item Anno 1604. & 7.) Annis verò superior

1665. & 1666 qui apparuêre, effectus suos toti orbi manifestos dedêre.

Ex his prodigiis atque ostentis jam brevissima inductione quasi omnium Cometarum enumeratis quantum lectio historiarum suppeditare potuit, sequitur, Cometas esse stellas secundas ex commixtione & operatione superiorum Planetarum ortas, utpote qui motum suum aliquandiu in sphæris æthereis habent, prout generatio ipsorum vel ex materia densa vel debili aut tenui constat. Atque hæc quidem juxta Bockenbachium ex quo pleraque desumpsimus. Nos mentem nostram planius edisseremus sequenti discursu de Cometis in communi, eorumque natura, & affectionibus.

I. §. NATURA COMETARUM habetur ex *materia & forma* eorundem. Utraque diversissima est,& forma quidem pro diversitate apparentiarum, quibus caudati, barbati, criniti, cornuti, aut coronati quandoque oculo expinguntur & repræsentantur. Materiam autem diversificant opiniones variæ Mathematicorum. 1. est, quæ Cometas omnes negat ex alia substantia concretas, quum ex halitu terrestri, sive exspirationibus vaporosis, quæ vi caloris solaris ad supremam aëris regionem attractæ accenduntur; cujusmodi præsens noster Cometes visus est aliquibus extitisse, eò ipso quòd non procul distiterit à terra. Verum hæc materia universim Cometis tribui non potest, cùm aliqui & permulti illorum sint sublimissimi,qualis fuit Anno 1664. remotus ab Horizonte rationali 62. gr. & 26. min. tantæque magni-

magnitudinis,ut ſpatium 4. minutorum pri
rum excederet. Quis autem ſibi perſuadeat tan
exhalationum terreſtrium copiam tam pr
aſcendiſſe, tamque immani igni alendo (
Mich. Marco Mathematico Viennenſi S. J.) i
gris tribus menſibus ſuffeciſſe? 2. ſententi
quàm tenuit Anaxagoras & Democritus,qui
teriam Cometæ uniuſcujuſque docent eſſe co
riem ſtellularum minimarum quæ in Glo
confluant aut ſua ſponte & fortuito, aut q
cauſis aliis occultis unum in locum congre
tur. Huic opinioni itidem reclamat multiplex
ſervantium experientia, quæ in aliquam m
& noſtro hoc Cometa nullum ſtellularum v
gium potuit deprehendere, & licet P. Cyſatus
thematicus teleſcopio perſpexerit Ann. 1618.
cleum compluribus ex ſtellis concretum in
nomeno majori, quod tunc apparuit; nihil
nus multi contra ſenſêre, qui ſtellulas iſtas a
rentes nihil aliud eſſe contendebant, quàm a
rem viæ lacteæ, cujus acervatim ſparſæ facul
nimiam diſtantiam nudo oculo non apparer
Accedit nebuloſas ſtellas alias libero oculo &
bo deprehendi, quòd aliud non ſint, quàm
geries lucidarum ſtellarum, quales ſunt in d
cancri, quæ confuſæ ut plurimum apparere
lent ob nimiam à tellure diſtantiam. 3. Op
eſt Pithagoræ, qui aſſeruit Cometas eſſe de g
re Planetarum minus tamen erraticos, & m
ſtabiles, quique tunc appareant, cùm propiùs
ræ accedunt, diſpareant verò, dum recedun
excentrico ſcil. ſuo circulo, in quo circa tellu
gi

girantur. Verùm obſoleta eſt hæc ſententia Pithagorica, minuſque conſentanea rationi; nam ſi Cometæ ſunt Planetæ ſtabiles, & in curſu ſuo regulares ita, ut ſtatis redeant temporibus & diſpareant: cur non ad calculos revocatur eorum motus à Mathematicis, id quod pauci adhuc tentarunt, effecit nemo. Præterea ſententia hæc excogitata videtur fuiſſe ab iis Aſtronomis, qui verentur cœlos liquidos admittere, ne Cometæ, qui parent in Cœlo Planetario, ibidem & naſci & denaſci credantur. 4. Sententiam tuetur Ludovic. Columbus qui Cometas aſſerit eſſe ſtellas ordinarias in firmamento non perceptibiles viſu, niſi cùm grandeſcunt ſui parte aliquâ denſiore, quam terræ & Spectatori homini ſtatis luſtris aut ſeculis obverterent. Sed Cometa noſter, cùm humilis admodùm ſit, moleque ſtellis fixis apparenter majore non videtur huic opinioni patrocinari. 5. Eſt Hippocratis & Æſchyli, qui Cometas univerſim errantibus ſtellis adſerebant, ita tamen, ut ſpeciei ſint diverſæ, quæ caudam acquirant apparentem per luminis refractionem cauſatam à diverſis Syzygiis, aut oppoſitionibus ad Solem. 6. Sententia eorum eſt, qui Cometas ajunt Solis partum eſſe igneum, ſive globos ignitos erumpentes ſolari ex corpore adinſtar lapidum ignitorum, qui ignivomis è montibus gliſcunt, & ejiciuntur. Alii etiam cœli mineras & gemmas pretioſiores dixêre Cometas ut ſicut in mari margaritæ, ita illi in ſuprema regione aëris à Sole excoquantur atque excludantur. Quam opinionem non improbant multi, quatenus cœlo tribuit generationem;

nam

nam amicam huic & affinem sententiam recipiunt, quæ Cometas ex corporum cœlestium effluviis coagmentat, ita ut nec fixæ, nec planetæ sint, sed spuria sidera, quæ tum à solari retrimento, tum ex reliquarum stellarum halonibus ita coalescant, ut citiùs etiam dissipentur, quo fit ut alii luminosi compareant, alii ignei, alii pallidi, & obscuri pro diversitate scil. halonum & materiæ ex qua concrescere eos contigerit, quam malè ex viâ Lacteâ depromunt, alii ut gigendis in Cœlo corporibus non aliunde putent materiem desumi posse, quàm ex stellifero illo flumine: quasiverò naturæ id sit aqueæ, effusæque in eo stellulæ sint rhombi humentes. Itaque corpus Cometarum ajo confici ex substantia cœli alicubi addensatâ, quæ & Aristotelis est sententia, qui stellam vocat partem Cœli densiorem & nodum quasi gemmeum, sive ut ipse loquitur *densum compactum*, id quod visum terminat, solisque lumen planiùs excipit, & obtutui regerit oculorum. Atque hæc de materiâ.

II. §. FORMA, figuraque quemadmodum & color Cometarum pro ludibrio & judicio oculorum diversicolor & multiformis est. Quem Tycho observavit 1577. Huennæ prolixis effusus crinibus ovalem exhibebat figuram, luce, & albedine sublividâ interstinctus. Atq; hic Cometa *Crinitus* fuit, & (ut Tullius loquitur) *cincinnatus*. *Caudatus* erat, qui visus est 1664. rubicundioribus flagrans radiis, eoque spissioribus, quo capiti erant propiores, colore tamen & luce tenui in caudæ extremo. Porrò Cometarum caudæ, seu appendices vel sur-

sum

ſum porriguntur, & Cometæ vocantur *Jubati*, vel deorſum prolixiùs extenduntur, & appellantur *Barbati*. Quòd ſi jaculi, aut haſtilis ſimilitudine extenuantur, atque producuntur, *Haſtati* nuncupantur. Si flamma exiliens aut halo incenſus capiti intorquetur *Cornuti*, *Virgati*, atque etiam *mucronati* denominantur: quâ ultimâ configuratione expreſſum Cometam hunc noſtrum exhibuit Aſtrologus Mediolanenſis capite majore & radiis villoſo, appendice verò in mucronem & gladium flammeum extenuato. quod tamen ſchema cum Germanis obſervatoribus minùs congruit. *Roſa* vocantur Cometæ, cùm lata rotunditate fulgent ſine radio prominente. *Lampades* cùm facis, aut dolii formam referunt. *Xiphia* cùm enſiformes ſunt. Atque hi tam varii vultus & figuræ argumento nō fallaci ſunt, Cometas univerſim ſtellas perpetuas & ſtabiles eſſe non poſſe: nam & mutant perſæpe cum ſitu hunc ſuum habitum, & perdunt omnino per reſolutioem ſucceſſivam, ut imberbes fiant ex barbatis, ex hirſutis calvi, effluentibus ſubinde ex capite Cometæ particulis tenuioribus, quæ prius caudæ ſimilitudinem reddebant, & à Sole diſſipatis, ut propterea in partem ferè ſemper ſoli contrariam tendant caudæ, eoq; citiùs abſumantur & diſpereant, quo ſoli propius acceſſerint, id quod & corpori Cometæ contingit, quod radiis ſuis Sol perrumpens paulatim diſpergit, redigitque tandem nebuloſum in cinerem. Neque enim adſtipulor Kepplero, qui Cometarum reliquias coagulum facit novarum ſtellarum, quaſi magis digeſtas jám & defæcatas; nam

ſic Cometam quemlibet ſequi nova ſtella de
eo ipſo quòd novæ ſequantur reliquiæ; ſec
experimur, quando poſt innumeros ab Orbe
dito viſos Cometas, vix 5. ſtellas novas ex
animadvertimus. Cæterùm quod noſtri Con
figuram attinet, tametſi *virgatus* & enſiform
viſus aliis, nobis tamen rectius *criſtatus* nunci
bitur; nam capiti adnectebatur non tam cau
quàm criſta, ſi hanc erectam cum capite aſpice
non tamen in morem pyramidis everſæ, quod
volunt, aut pennæ inſiſtentis cydari Turcico, q
à tenui principio dilatatur, nam diſtinctior C
metæ cauda non producebatur ultra ſeſqui (
apparebat) palmi ſpatium. Tantum de figura
facie Cometarum, ſequitur nunc

III. §. MOTUS, quem habuit noſter Com
ta, ab Oriente declivior in Septentrionem, quà
Occaſum; viſusque adſcendiſſe eſt ab Arietis pri
cipio verſus Caſſiopejam, aut pedem ſin ſtimu
Andromachæ, à cujus ventrali, ſeu cingulo diſt
bat primo die ferè 19. 20. altero 18. 4. Eſt autem
motus Cometarum anima eorundem, formaqu
intrinſeca, qua ſi caret non magis Cometa di
in [illegible], quàm Triton inauratus in turribus, au
ig[illegible]ius. Quare diſcrimen faciendum eſt in
ter C[illegible]etam & ſtellam novam. Cometa à comi
& capillitio denominatur, & à motu potiſſimùm
dignoſcitur, ſtella nova utroque caret; nam &
depilis eſt & ſine motu, ſaltem ſecundo, ut inge-
niosè dixerit doctiſſimus Müllerus, Cometas eſſe
Parelios Planetarum, novas verò ſtellas *Simias*
Fixarum. Hinc negat Cometam fuiſſe ſtem il-
lam

Iam prænuntiam Hierosolymitani excidii, sed stellam novam portentosam, quòd eodem ferè situ consistens urbi semper visa sit impendisse.

IV. §. LOCUS COMETARUM adhuc sub lite & judice est apud R.R. Astrologos quorum aliqui cum Peripateticis contendunt, Cometas omnes in sublunari, eaq; supremâ aëris procreari, ita ut meteora ignea sint, quæ ex terrestri lentâ & viscosâ egestione, postquam sursum attracta sint, velut in globum coagulentur, ibique vel à contiguo igne elementari, vel calore vicinorum astrorum accendantur, ipsaque deinde aëris rapiditate impellantur, & circumferantur. Sed contra hos est id, quòd halitus terrestres, & evaporationes humidæ non pertingant usque ad supremam aëris regionem. 2. Quod sub Lunæ cavo probabiliùs hodie à R R. ignis negetur, qui & difficulter communicabitur Cometæ à tam longè dissitis astris firmamenti. Media autem aëris regio attollitur ultra milliaria 12. Germ. estque humidarum exhalationum commune receptaculum in quo & nubes frigore condensantur, suaque deinde levitate vel suspenduntur in aëre, vel librantur. Quarè sunt, qui Cometarum officinam unà & fulminum hanc regionem statuunt. Contra quos est quòd media & infima aëris regio expers ejus motus sit, qua circulariter Cometas fieri in cœlesti Hemisphærio videmus, quarè cùm suprema Athmosphæræ portio, seu summa regio aërea perpetuo circumactu extremi cœli rapiatur, & ab ortu ad occasum velut reliqua sidera, Cometæque complures rotetur, huic præ illâ conveniet domicilium natale Cometarum.

[illegible] locus ille horum Phenomenorum
[illegible] accommodatior, in
[illegible] exhalationes humi
[illegible] tamen siccæ & leves, q
[illegible] ignes cadentium
[illegible] globorum, scutorum, & tra
[illegible] & stellæ cõmatæ, Com[illegible] qu
[illegible] Sed contrà sentiun
[illegible] Seneca, Cardano, Tychone, &c. qui lo
Cometis assignant regionem ætheream & si
[illegible] in qua Tycho stellam suam novam
[illegible] tam longè à nobi
[illegible] terræ magnitudo ad
[illegible] aspectûs di
[illegible] & auctoritas multos
[illegible] Cometis conced
[illegible] sidereo 1. quia stella
[illegible] Cometa, vel à confictis Cometar
[illegible] ipsius judicio mult
[illegible] 2. Quia [illegible] stellis fixis form
[illegible], immotaque
[illegible] polo proxima. 3. Quia
[illegible] erroribus deprehe
[illegible] vel theoria, eò quòd n
[illegible] nunquam visa
[illegible] proclivior ab eode
[illegible] fallibiles, a
[illegible] 4. Quia [illegible] & torrefactiones, qu
[illegible] partus consequun
[illegible] esse igne
[illegible], hoc est in aë
[illegible] 5. Quia, si [illegible] incorruptibile

c

ex mente magnorum Philoſophorum, non datur in iis generatio & corruptio novorum iſtiuſmodi Phenomenorum, quæ cùm ſint incendia temporanea, quæ deficiente materiâ, ſeu pabulo evaneſcunt, non videntur locum habere congruè poſſe in ſtellatâ regione. Accedit Cometas, quemadmodum & Planetas non conſpici, ſed conſpectos tantùm videri exiſtere in ſignis cœleſtibus. hoc eſt in Dodecatimoriis, ſive partibus aëris cœleſti alicui ſigno reſpondentibus. Verùm ego ut his rationibus, neque Tychoni perſpicaciſſimæ in iſtiuſmodi myſteriis aquilæ, nihil obnuntiem, exiſtimo non repugnare, quò minùs Cometæ à peritis aſtrologis etiam ſidereâ in ſphærâ collocentur, ſi cœli ſunt corruptibiles, vel ſi incorruptibiles, in ſupremâ aëris regione ob indicatas utrinque rationes. Tu ſententiã elige ſuaſibiliorem, & juxta eam pronuntia.

V. §. EFFECTUS COMETARUM duplices ſunt, vel quos reipsâ ponunt, vel quos ſignificant, priori generis ſunt commoda vel noxæ, quas vel in aëre, vel in aquis, vel in terra dant Cometæ, poſterioris ſunt fortunæ & rerum converſiones lætæ aut luctuoſæ. Atq; effectus quidem commodi & utibiles ſunt, quòd ejuſce exortu ſideris proſpiciatur animantium incolumitati; nam concluſi in terræ viſceribus venenati ſpiritus, cùm in ſublime attrahuntur & ibid. accenſi concremantur, perdunt ſine noxa perniciem, quam in terra darent graviſſimam, ut hoc naturæ beneficium ſit ſagacis & providæ, quæ telluris impurum & exitiale excrementum eò diſpulit, ubi procul à terræ ſuperficie, & aëre, quem haurimus, impunè, aut minori ſaltem

cum periculo consumatur; nam si halitus hi pestilentes intra terræ alvum relinquerentur, sedem penè hominum everterent, terramq; motibus & ruptu effringerent,unde ambiente nos aëre vitiato,tabificâ lue animata omnia inficerentur & perirent. Reliqui effectus physici ferè noxii semper esse consueverunt, cujusmodi sunt venti, siccitates, æstus insoliti,eluvia,& inundationes,quę comitatur segetum strages, plantarum & arborum vitia, adustio seminum, & rerum nascentium non tam accisi proventus, quam maligni, unde rerum penuria,& fames,& ex his morbi & contagia. Et ventos quidem, qui & fruges lædunt & corpora, efficiunt exhalationes siccæ, adustionem verò ipsum Cometæ incendium, quod vicinum urit aërem, cumq; quotidie per circuitum telluri obvolvatur, suo igne absorbet,& consumit vapores aqueos in media aëris regione collectos, ut cohibeantur pluviæ, & humentia alia meteora, quibus rigari tellurem oportuisset & fœcundari. unde illa sterilis; deinde, & exsucca non tantùm fallit segetem & spem agricolæ,sed & incolumitati & vitæ mortalium est infesta & læthifera,dum corpora defectu alimoniæ consuetæ inconveniente victu & viscosis replentur humoribus,qui morbos generant omnis gene is,febresq; putrescentes,& pestilentiam. Atq; hi quidem effectus tristes, & illætabiles non tantùm causantur,& fiunt à Cometis,sed & significantur, prædiciq; possunt minimè fallaci vaticinio, cùm naturales sint; & causas suas necessariò consequantur.

Morales sunt salutiferi, divinique, utpote,quos

Deus

Deus amanti destinavit consilio in bonum & felicitatem immortalem mortalium; nam, cùm Cometæ sint signa iræ divinæ, ejusq; vindictæ severissimæ adumbrata quædam etiam instrumenta, solantur justos, cùm apparent, terrent peccatores, coërcent impios, emolliuntque, & ad frugem reducunt pervicaces, quos leges humanæ, & supplicia nulla facilè correxissent. Effectus autem morales mali nulli sunt, nisi quos scelerati sibi ultro accersunt, dum monitis divinis aures obturant & corda. *Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum.* Cæterùm mala plura sunt, clades & diræ, quæ tum vulgus meticulosum, tum periti Cometarum præsagis facibus inscripta se legere existimant, de quibus, ne nihil dicamus, sit pro appendice.

CRISIS PROGNOSTICA Cometarum. Quamquam certum omnino est atque indubitatum Orthodoxis causas, & effecta, ut ut portentosa, Cometarum nihil omninò posse, aut evalere in liberum hominis arbitrium & voluntatem, nihilominus tamen alteratio humorum, quos turbari similibus in eventis necesse est, temperamenti affectionem reddit insolentem & novam, ex qua deinde sequi necesse est cupiditates in homine, animiq; appetitiones aut certè propensiones vehementiores pro temperici prædominio rapaci & prævalente, ut ex hoc capite rejicienda non sit omninò eorum opinio, qui Cometis bella, seditiones, & religionum mutationem ausi sunt tanquam causis remotis & particularibus adscribere ut quemadmodum vino tribuimus hominum vinolentorum vitia, ut quod

operta recludat, spesq; ratas esse jubeat, in prælia trudat inermem &c. ita planè sideribus turbulentis impingamus inconsultas hominunum deliberationes, cogitationes improvidas, & præcipites, spiritus in corde ardentiores, motus animorum rapidos & violentos, qui nisi rationis magisterio regantur, in vitia desinant majora, puta ambitionem, vindictam, cædes, & prælia, non quòd connexionem & influxum verè causalem habeant cum Cometis clades publicæ, sed quòd mutato temperamento proclive sit humanum ingenium ad ea designanda facinora, quę tantorum dant occasionem malorum. Atq; hanc ob causam meritò justis etiam formidandum cecinit Poëta

Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Sideris, & terris minitantem bella Cometam.

Eventus autem alios sinistros, excidium familiarem, strages, certorum exercituum, & clarorum principum mortes & funera ne quidem remotè ad Cometas referri posse existimo, quibuscum nulla aut cognatio aut connexio est. At inquies, experientiâ constat & longa inductione, quòd clades ejusmodi & funera hos ignes subsequantur? Constat certè; sed æquè constat quòd præcedant, quando nullo non anno (sive præcedat Cometa, sive subsequatur) in Europa universim eventus plures sinistri, extinctiones familiarum, & mortes principum contigêre, ut pauci inveniantur anni ab his calamitatibus immunes, imò calamitosi etiam sæpe illi fuerunt, quibus illuxerunt Cometæ fausti, & bonorum prænuntii, quorum catalogum lege apud P. Ricciolum, qui tom. I. Almagesti p. 2. post multa

multa ita pronuntat: *Qui valeat enumerare calamitates alias, quæ nullo Cometâ præfulgente, aut affulgente mortales perdiderunt? non est igitur hoc signum cum Cometa convertibile, aut simpliciter, aut secundum quid, & neutra ex parte universale. Patiatur ergo Aristoteles contra se retorqueri, quod in Democritum torsit ipse* l. 1. Met. c. 6. *Non oportet aliquando quidem fieri, aliquando non, sed semper.* Hæc Ricciolus, qui hanc suam censuram iis maximè intentat Astrologis qui Judiciarii vocantur, licet nullâ re minus quàm judicio polleant, quique, ut pretium concilient rebus suis, nihil se dicere existimant, nisi mentiantur. Ego hac in re, quid certum teneam, quid incertum in præsenti statuo. Atque 1. quidem

Constat omnium consensu & naturæ confessione Cometas sine causa non lucere, cum Deus & natura frustrà faciant nihil. Adferunt ergo secum aliquid insolitæ commotionis & innovationis cum in ceteris sublunaribus rebus, tum ex parte in hominis vita & actionibus, salvâ animi libertate; nam etsi naturalis causæ effectus sit Cometa, ut supra vidimus, tamen sicuti balena, aut aliud monstrum æquoreum (quam similitudinem dat Müllerus Med.) non facilè in littus ejicitur quin sequatur aliquid singulare; ita Cometa aliquis rarò prçterit, & salutat mundum hunc, quin præsentiæ suç memorabile imprimat vestigium, & monumentum. Certum est 2. Cometarum effectus non tantùm ad Athmosphæram & telluris superficiem, sed ad ipsa etiam humana corpora pertingere, ob consensionē, & Sympathiam, quam habent Mundi par-

nit. Mox etiam principium Leonis attingens in pede posteriore sequentibus diebus, ut aliqui volunt visus est. Caput Cometæ colorem Saturni Planetæ retulit. Cauda à capite in oppositam Solis partem versus polum Eclipticæ versus meridiem extensa fuit, ac deinde paucos post dies evanuit. Post hunc Cometam eodem anno non ita multò post Agriá castrum munitissimum in superiori Pannonia situm à Turcis post multiplicem oppugnationem (strategematibus variis tentatis) à 10. Octobr. usque ad 13. diem ejusdem mensis & anni, (cum præter omnem spem nostrates diutius præsidiis & auxilio Christianorum destituti erant quique propter Cœli inclementiam adventare celerius non potuerunt deditione à Christianis cum gemitu facta) circa meridiem dicti diei occupata est, fide tamen prius data à Turca nostris militibus fore, ut salvi ad suos redirent, qui tamen, ut hostis perfidus, postea promissi non stetit.

Cum enim nostri milites non procul cum capitaneis ab Agria occupata à Turcis abessent in itinere à Turcis & Tartaris miserabiliter cum magna multitudine eos insequente sunt spoliati & interfecti: Capitaneis ipsorum domino videlicet Niori paulo, domino Terski domino Coloran Italo ac Domino Kinski ad Turcici imperatoris tentorium tanquam captivis perlatis.

Anno 1618. visus Cometa horribilis tota latè Germania (quemadmodum & Anno prius 1600. item Anno 1604. & 7.) Annis verò superioribus

1665.

1665. & 1666 qui apparuére, effectus suos toti orbi manifestos dedére.

Ex his prodigiis atque ostentis jam brevissima inductione quasi omnium Cometarum enumeratis quantum lectio historiarum suppeditare potuit, sequitur, Cometas esse stellas secundas ex commixtione & operatione superiorum Planetarum ortas, utpote qui motum suum aliquandiu in sphæris æthereis habent, prout generatio ipsorum vel ex materia densa vel debili aut tenui constat. Atque hæc quidem juxta Bockenbachium ex quo pleraque desumpsimus. Nos mentem nostram planius edisseremus sequenti discursu de Cometis in communi, eorumque natura, & affectionibus.

I. §. NATURA COMETARUM habetur ex *materia & forma* eorundem. Utraque diversissima est,& forma quidem pro diversitate apparentiarum, quibus caudati, barbati, criniti, cornuti, aut coronati quandoque oculo expinguntur & repræsentantur. Materiam autem diversificant opiniones variæ Mathematicorum. 1. est, quæ Cometas omnes negat ex alia substantia concretas, quum ex halitu terrestri, sive exspirationibus vaporosis, quæ vi caloris solaris ad supremam aëris regionem attractæ accenduntur; cujusmodi præsens noster Cometes visus est aliquibus extitisse, eò ipso quòd non procul distiterit à terra. Verum hæc materia universim Cometis tribui non potest, cùm aliqui & permulti illorum sint sublimissimi, qualis fuit Anno 1664. remotus ab Horizonte rationali 62. gr. & 26. min. tantæque magni-

magnitudinis,ut ſpatium 4. minutorum primorum excederet.Quis autem ſibi perſuadeat tantam exhalationum terreſtrium copiam tam procul aſcendiſſe, tamque immani igni alendo (teſte Mich. Marco Mathematico Viennenſi S. J.) integris tribus menſibus ſuffeciſſe ? 2. ſententia eſt, quàm tenuit Anaxagoras & Democritus,qui materiam Cometæ uniuſcujuſque docent eſſe congeriem ſtellularum minimarum quæ in Globum confluant aut ſua ſponte & fortuito, aut quæ à cauſis aliis occultis unum in locum congregentur.Huic opinioni itidem reclamat multiplex obſervantium experientia, quæ in aliquam multis & noſtro hoc Cometa nullum ſtellularum veſtigium potuit deprehendere, & licet P.Cyſatus Mathematicus teleſcopio perſpexerit Ann. 1618. nucleum compluribus ex ſtellis concretum in Phenomeno majori, quod tunc apparuit; nihilominus multi contra ſensêre, qui ſtellulas iſtas apparentes nihil aliud eſſe contendebant, quàm alborem viæ lacteæ, cujus acervatim ſparſæ faculæ ob nimiam diſtantiam nudo oculo non apparerent. Accedit nebuloſas ſtellas alias libero oculo & tubo deprehendi, quòd aliud non ſint, quàm congeries lucidarum ſtellarum, quales ſunt in dorſo cancri, quæ confuſæ ut plurimum apparere ſolent ob nimiam à tellure diſtantiam. 3. Opinio eſt Pithagoræ, qui aſſeruit Cometas eſſe de genere Planetarum minus tamen erraticos, & magis ſtabiles, quique tunc appareant, cùm propiùs terræ accedunt, diſpareant verò, dum recedunt in excentrico ſcil. ſuo circulo, in quo circa tellurem giran-

girantur. Verùm obsoleta est hæc sententia Pithagorica, minusque consentanea rationi; nam si Cometæ sunt Planetæ stabiles, & in cursu suo regulares ita, ut statis redeant temporibus & disparcant: cur non ad calculos revocatur eorum motus à Mathematicis, id quod pauci adhuc tentarunt, effecit nemo. Præterea sententia hæc excogitata videtur fuisse ab iis Astronomis, qui verentur cœlos liquidos admittere, ne Cometæ, qui parent in Cœlo Planetario, ibidem & nasci & denasci credantur. 4. Sententiam tuetur Ludovic. Columbus qui Cometas asserit esse stellas ordinarias in firmamento non perceptibiles visu, nisi cùm grandescunt sui parte aliquâ densiore, quam terræ & Spectatori homini statis lustris aut seculis obverterent. Sed Cometa noster, cùm humilis admodùm sit, moleque stellis fixis apparenter majore non videtur huic opinioni patrocinari. 5. Est Hippocratis & Æschyli, qui Cometas universim errantibus stellis adserebant, ita tamen, ut speciei sint diversæ, quæ caudam acquirant apparentem per luminis refractionem causatam à diversis Syzygiis, aut oppositionibus ad Solem. 6. Sententia eorum est, qui Cometas ajunt Solis partum esse igneum, sive globos ignitos erumpentes solari ex corpore adinstar lapidum ignitorum, qui ignivomis è montibus gliscunt, & ejiciuntur. Alii etiam cœli mineras & gemmas pretiosiores dixêre Cometas ut sicut in mari margaritæ, ita illi in suprema regione aëris à Sole excoquantur atque excludantur. Quam opinionem non improbant multi, quatenus cœlo tribuit generationem;

nam

nam amicam huic & affinem sententiam reci unt, quæ Cometas ex corporum cœlestium eff viis coagmentat, ita ut nec fixæ, nec planetæ si sed spuria sidera, quæ tum à solari retriment tum ex reliquarum stellarum halonibus ita co lescant, ut citiùs etiam dissipentur, quo fit ut al luminosi compareant, alii ignei, alii pallidi, & obscuri pro diversitate scil. halonum & materia ex qua concrescere eos contigerit, quam malè ex viâ Lacteâ depromunt, alii ut gigendis in Cœlo corporibus non aliunde putent materiem desumi posse, quàm ex stellifero illo flumine: quasi verò naturæ id sit aqueæ, effusæque in eo stellulæ sint rhombi humentes. Itaque corpus Cometarum ajo confici ex substantia cœli alicubi addensatâ, quæ & Aristotelis est sententia, qui stellam vocat partem Cœli densiorem & nodum quasi gemmeum, sive ut ipse loquitur *densum compactum*, id quod visum terminat, solisque lumen planiùs excipit, & obtutui regerit oculorum. Atque hæc de materiâ.

II. §. FORMA, figuraque quemadmodum & color Cometarum pro ludibrio & judicio oculorum diversicolor & multiformis est. Quem Tycho observavit 1577. Huennæ prolixis effusus crinibus ovalem exhibebat figuram, luce, & albedine sublividâ interstinctus. Atq; hic Cometa *Crinitus* fuit, & (ut Tullius loquitur) *cincinnatus*. *Caudatus* erat, qui visus est 1664. rubicundioribus flagrans radiis, eoque spissioribus, quo capiti erant propiores, colore tamen & luce tenui in caudæ extremo. Porrò Cometarum caudæ, seu appendices vel sur-

sum

ſum porriguntur, & Cometæ vocantur *Jubati*, vel deorſum prolixiùs extenduntur, & appellantur *Barbati*. Quòd ſi jaculi, aut haſtilis ſimilitudine extenuantur, atque producuntur, *Haſtati* nuncupantur. Si flamma exiliens aut halo incenſus capiti intorquetur *Cornuti*, *Virgati*, atque etiam *mucronati* denominantur: quâ ultimâ configuratione expreſſum Cometam hunc noſtrum exhibuit Aſtrologus Mediolanenſis capite majore & radiis villoſo, appendice verò in mucronem & gladium flammeum extenuato. quod tamen ſchema cum Germanis obſervatoribus minùs congruit. *Roſa* vocantur Cometæ, cùm lata rotunditate fulgent ſine radio prominente. *Lampades* cùm facis, aut dolii formam referunt. *Xiphia* cùm enſiformes ſunt. Atque hi tam varii vultus & figuræ argumento nõ fallaci ſunt, Cometas univerſim ſtellas perpetuas & ſtabiles eſſe non poſſe: nam & mutant perſæpe cum ſitu hunc ſuum habitum, & perdunt omnino per reſolutioem ſucceſſivam, ut imberbes fiant ex barbatis, ex hirſutis calvi, effluentibus ſubinde ex capite Cometæ particulis tenuioribus, quæ prius caudæ ſimilitudinem reddebant, & à Sole diſſipatis, ut propterea in partem ferè ſemper ſoli contrariam tendant caudæ, eoq; citiùs abſumantur & diſpereant, quo ſoli propius acceſſerint, id quod & corpori Cometæ contingit, quod radiis ſuis Sol perrumpens paulatim diſpergit, redigitque tandem nebuloſum in cinerem. Neque enim adſtipulor Kepplero, qui Cometarum reliquias coagulum facit novarum ſtellarum, quaſi magis digeſtas jam & defæcatas; nam

b ſic

ſic Cometam quemlibet ſequi nova ſtella deberet, eo ipſo quòd novæ ſequantur reliquiæ; ſecus, ac experimur, quando poſt innumeros ab Orbe condito viſos Cometas, vix 5. ſtellas novas exortas animadvertimus. Cæterùm quod noſtri Cometæ figuram attinet, tametſi *Virgatus* & enſiformis ſit viſus aliis, nobis tamen rectius *criſtatus* nuncupabitur; nam capiti adnectebatur non tam cauda, quàm criſta, ſi hanc erectam cum capite aſpiceres, non tamen in morem pyramidis everſæ, quod alii volunt, aut pennæ inſiſtentis cydari Turcico, quæ à tenui principio dilatatur, nam diſtinctior Cometæ cauda non producebatur ultra ſeſqui (uti apparebat) palmi ſpatium. Tantum de figura & facie Cometarum, ſequitur nunc

III. §. MOTUS, quem habuit noſter Cometa, ab Oriente declivior in Septentrionem, quàm Occaſum; viſusque adſcendiſſe eſt ab Arietis principio verſus Caſſiopejam, aut pedem ſiniſtrum Andromachæ, à cujus ventrali, ſeu cingulo diſtabat primo die ferè 19. 20. altero 18. 4. Eſt autem motus Cometarum anima eorundem, formaque intrinſeca, qua ſi caret non magis Cometa dici in[illegible]r, quàm Triton inauratus in turribus, aut ig[illegible]ius. Quare diſcrimen faciendum eſt inter Cometam & ſtellam novam. Cometa à comis & capillitio denominatur, & à motu potiſſimùm dignoſcitur, ſtella nova utroque caret; nam & depilis eſt & ſine motu, ſaltem ſecundo, ut ingeniosè dixerit doctiſſimus Müllerus, Cometas eſſe *Parelios Planetarum*, novas verò ſtellas *Simias Fixarum*. Hinc negat Cometam fuiſſe faeem illam

Iam prænuntiam Hierosolymitani excidii, sed stellam novam portentosam, quòd eodem ferè situ consistens urbi semper visa sit impendisse.

IV.§. LOCUS COMETARUM adhuc sub lite & judice est apud R.R. Astrologos quorum aliqui cum Peripateticis contendunt, Cometas omnes in sublun[illegible] eaq; supremâ aëris procreari, ita ut meteora ignea sint, quæ ex terrestri lentâ & viscosâ egestione, postquam sursum attracta sint, velut in globum coagulentur, ibique vel à contiguo igne elementari, vel calore vicinorum astrorum accendantur, ipsaque deinde aëris rapiditate impellantur, & circumferantur. Sed contra hos est id, quòd halitus terrestres, & evaporationes humidæ non pertingant usque ad supremam aëris regionem. 2. Quod sub Lunæ cavo probabiliùs hodie à R.R. ignis negetur, qui & difficulter communicabitur Cometæ à tam longè dissitis astris firmamenti. Media autem aëris regio attollitur ultra milliaria 12. Germ. estque humidarum exhalationum commune receptaculum in quo & nubes frigore condensantur, suaque deinde levitate vel suspenduntur in aëre, vel librantur. Quarè sunt, qui Cometarum officinam unà & fulminum hanc regionem statuunt. Contra quos est quòd media & infima aëris regio expers ejus motus sit, qua circulariter Cometas fieri in cœlesti Hemisphærio videmus, quarè cùm suprema Athmosphæræ portio, seu summa regio aërea perpetuo circumactu extremi cœli rapiatur, & ab ortu ad occasum velut reliqua sidera, Cometæque complures rotetur, huic præ illâ conveniet domicilium natale Cometarum.

Est enim locus iste horum Phenomenorum g turæ & vitæ naturâ suâ accommodatior, in qu etsi negemus ascendere exhalationes humida prægraves, ascendunt tamen siccæ & leves, quil ibi accensis non tantùm ignes cadentium stel rum, chasmatum, globorum, scutorum, & trabiu ardentium, sed & stellæ comatæ, Cometæque e oriantur & compareant. Sed contrà sentiunt al cum Seneca, Cardano, Tychone, &c. qui locui Cometis assignant regionem æthercam & super lunarem, in qua Tycho stellam suam novam col locat, quam observavit 1577. tam longè à nobis re motam & projectam, ut terræ magnitudo ad ejus locum comparata nullam causârit aspectûs diversitatem. Quę tamen ratio & auctoritas multos non movet, ut locum universim Cometis concedendum judicent in mundo sidereo 1. quia Stella hæc vel non fuit Cometa, vel à consuetis Cometarum apparitionibus Auctoris ipsius judicio multùm discrepavit. 2. Quia reliquis stellis fixis formâ & luminis splendore fuit simillima, immotaque eodem cœli loco adhæsit polo proxima. 3. Quia observatio hujus stellæ pluribus erroribus deprehensa est fuisse vel implexa vel obnoxia, eò quòd nocturno tempore meridianum nunquam visa sit pertransisse, sed ad occasum proclivior ab eodem recessisse, quæ res parallaxes reddidit fallibiles, aut incertas. 4. Quia siccitates & torrefactiones, quæ visos Cometas velut posthumi partus consequuntur, argumento sunt parêtem metereon esse igneum & elementare, natum domi suæ, hoc est in aëreâ regione. 5. Quia, si cœli sunt incorruptibiles,

ex mente magnorum Philoſophorum, non datur in iis generatio & corruptio novorum iſtiuſmodi Phenomenorum, quæ cùm ſint incendia temporanea, quæ deficiente materiâ, ſeu pabulo evaneſcunt, non videntur locum habere congruè poſſe in ſtellatâ regione. Accedit Cometas, quemadmodum & Planetas non conſpici, ſed conſpectos tantùm videri exiſtere in ſignis cœleſtibus, hoc eſt in Dodecatimoriis, ſive partibus aëris cœleſti alicui ſigno reſpondentibus. Verùm ego ut his rationibus, neque Tychoni perſpicaciſſimæ in iſtiuſmodi myſteriis aquilæ, nihil obnuntiem, exiſtimo non repugnare, quò minùs Cometæ à peritis aſtrologis etiam ſidereâ in ſphærâ collocentur, ſi cœli ſunt corruptibiles, vel ſi incorruptibiles, in ſupremâ aëris regione ob indicatas utrinque rationes. Tu ſententiã elige ſuaſibiliorem, & juxta eam pronuntia.

V. §. EFFECTUS COMETARUM duplices ſunt, vel quos reipsâ ponunt, vel quos ſignificant, priori generis ſunt commoda vel noxæ, quas vel in aëre, vel in aquis, vel in terra dant Cometæ, poſterioris ſunt fortunæ & rerum converſiones lætæ aut luctuoſæ. Atq; effectus quidem commodi & utibiles ſunt, quòd ejuſce exortu ſideris proſpiciatur animantium incolumitati; nam concluſi in terræ viſceribus venenati ſpiritus, cùm in ſublime attrahuntur & ibid. accenſi concremantur, perdunt ſine noxa perniciem, quam in terra darent graviſſimam, ut hoc naturæ beneficium ſit ſagacis & providæ, quæ telluris impurum & exitiale excrementum eò diſpulit, ubi procul à terræ ſuperficie, & aëre, quem haurimus, impunè, aut minori ſaltem

cum periculo consumatur; nam si halitus hi pe
lentes intra terræ alvum relinquerentur, sed
penè hominum everterent, terramq; motibu
ruptu effringerent, unde ambiente nos aëre vi
to, tabificâ lue animata omnia inficerentur & p
irent. Reliqui effectus physici ferè noxii sempe
se consueverunt, cujusmodi sunt venti, siccita
æstus insoliti, eluvia, & inundationes, quę com
tur segetum strages, plantarum & arborum vi
adustio seminum, & rerum nascentium non t
accisi proventus, quam maligni, unde rerum
nuria, & fames, & ex his morbi & contagia. Et v
tos quidem, qui & fruges lædunt & corpora, e
ciunt exhalationes siccæ, adustionem verò ipsi
Cometæ incendium, quod vicinum urit aër
cumq; quotidie per circuitum telluri obvolva
suo igne absorbet, & consumit vapores aqueo
media aëris regione collectos, ut cohibeantur p
viæ, & humentia alia meteora, quibus rigari
lurem oportuisset & fœcundari. unde illa ster
deinde, & exsucca non tantùm fallit segeten
spem agricolæ, sed & incolumitati & vitæ mo
lium est infesta & læthifera, dum corpora defe
alimoniæ consuetæ inconveniente victu & vi
sis replentur humoribus, qui morbos generan
mnis gene is, febresq; putrescentes, & pestilenti
Atq; hi quidem effectus tristes, & illætabiles r
tantùm causantur, & fiunt à Cometis, sed & sig
ficantur, prædiciq; possunt minimè fallaci vat
nio, cùm naturales sint; & causas suas necessa
consequantur.

Morales sunt salutiferi, diviniq́ue, utpote, q

D

Deus amanti destinavit consilio in bonum & felicitatem immortalem mortalium; nam, cùm Cometæ sint signa iræ divinæ, ejusq; vindictæ severissimæ adumbrata quædam etiam instrumenta, solantur justos, cùm apparent, terrent peccatores, coërcent impios, emolliuntque, & ad frugem reducunt pervicaces, quos leges humanæ, & supplicia nulla facilè correxissent. Effectus autem morales mali nulli sunt, nisi quos scelerati sibi ultro accersunt, dum monitis divinis aures obturant & corda. *Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum.* Cæterùm mala plura sunt, clades & diræ, quæ tum vulgus meticulosum, tum periti Cometarum præsagis facibus inscripta se legere existimant, de quibus, ne nihil dicamus, sit pro appendice.

CRISIS PROGNOSTICA Cometarum. Quamquam certum omnino est atque indubitatum Orthodoxis causas, & effecta, ut ut portentosa, Cometarum nihil omninò posse, aut evalere in liberum hominis arbitrium & voluntatem, nihilominus tamen alteratio humorum, quos turbari similibus in eventis necesse est, temperamenti affectionem reddit insolentem & novam: ex qua deinde sequi necesse est cupiditates in homine, animiq; appetitiones aut certè propensiones vehementiores pro temperici prædominio rapaci & prævalente, ut ex hoc capite rejicienda non sit omninò eorum opinio, qui Cometis bella, seditiones, & religionum mutationem ausi sunt tanquam causis remotis & particularibus adscribere, ut quemadmodum vino tribuimus hominum vinolentorum vitia, ut quod

operta recludat, spesq; ratas esse jubeat, in prælia trudat inermem &c. ita planè sideribus turbulentis impingamus inconsultas homininum deliberationes, cogitationes improvidas, & præcipites, spiritus in corde ardentiores, motus animorum rapidos & violentos, qui nisi rationis magisterio regantur, in vitia desinant majora, puta ambitionem, vindictam, cædes, & prælia, non quòd connexionem & influxum verè causalem habeant cum Cometis clades publicæ, sed quòd mutato temperamento proclive sit humanum ingenium ad ea designanda facinora, quę tantorum dant occasionem malorum. Atq; hanc ob causam meritò justis etiam formidandum cecinit Poëta

Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Sideris, & terris minitantem bella Cometam.

Eventus autem alios sinistros, excidium familiarem, strages, certorum exercituum, & clarorum principum mortes & funera ne quidem remotè ad Cometas referri posse existimo, quibuscum null[a] aut cognatio aut connexio est. At inquies, experientiâ constat & longa inductione, quòd clades e[-]jusmodi & funera hos ignes subsequantur? Con[-]stat certè; sed æquè constat quòd præcedant, quan[-]do nullo non anno (sive præcedat Cometa, siv[e] subsequatur) in Europa universim eventus plur[es] sinistri, extinctiones familiarum, & mortes pri[n]cipum contigêre, ut pauci inveniantur anni [a] his calamitatibus immunes, imò calamitosi etia[m] sæpe illi fuerunt, quibus illuxerunt Cometæ fau[sti] & bonorum prænuntii, quorum catalogum le[ge] apud P. Ricciolum, qui tom. I. Almagesti p. 2. p

mu

multa ita pronuntat: *Qui valeat enumerare calamitates alias, quæ nullo Cometâ præfulgente, aut affulgente mortales perdiderunt? non est igitur hoc signum cum Cometa convertibile, aut simpliciter, aut secundum quid, & neutra ex parte universale. Patiatur ergo Aristoteles contra se retorqueri, quod in Democritum torsit ipse* l. 1. Met. c. 6. *Non oportet aliquando quidem fieri, aliquando non, sed semper.* Hæc Ricciolus, qui hanc suam censuram iis maximè intentat Astrologis qui Judiciarii vocantur, licet nulla re minus quàm judicio polleant, quique, ut pretium concilient rebus suis, nihil se dicere existimant, nisi mentiantur. Ego hac in re, quid certum teneam, quid incertum in præsenti statuo. Atque 1. quidem

Constat omnium consensu & naturæ confessione Cometas sine causa non lucere, cum Deus & natura frustrà faciant nihil. Adferunt ergo secum aliquid insolitæ commotionis & innovationis cum in ceteris sublunaribus rebus, tum ex parte in hominis vita & actionibus, salvâ animi libertate; nam etsi naturalis causæ effectus sit Cometa, ut supra vidimus, tamen sicuti balena, aut aliud monstrum æquoreum (quam similitudinem dat Müllerus Med.) non facilè in littus ejicitur quin sequatur aliquid singulare; ita Cometa aliquis raro præterit, & salutat mundum hunc, quin præsentiæ suæ memorabile imprimat vestigium, & monumentum. Cerum est 2. Cometarum effectus non tantùm ad Athmosphæram & telluris superficiem, sed ad ipsa etiam humana corpora pertingere, ob consensionẽ, & Sympathiam, quam habent Mundi par-

di partes inter se. At dubium, & incertum est, quinam sint illi effectus boni, maligni ve, quamvis bonos esse sit verosimilius, cùm parens Natura mala per se non intendat, nec det perniciem aliquam, nisi per accidens. Dubium est 2. quòd eff ctus Cometici etsi mali, commodive sint, non constet tamen utri parti prosint, & noceant, nam fac malignos esse: quod uni malum est, alteri forta ssis est bonum, sic Gallorum clades sunt Germanorum victoriæ, & vice versâ. Igitur si clades portendunt Cometæ, portendũt & victoriam: si infortunium, felicitatem; ut nemo prudens magis formidet has cœli minas, quàm speret easdem, & optet, præsertim si reputet secum & penset, quòd, tametsi de se mala & noxia sint phenomena apparentia, fieri tamen possit, ut ex conjunctione cum aliis eorum virus corrigentibus evadant proficua & salutaria. Verùm

Objicit sibi ipsi hic, respondetque Michael Markus S. J. in seqq. verba: à Majoribus accepimus illam mundi plagam debere sibi timere, cui caudam Cometes obvertit. Docta profectò majorum traditio! quàm vereor, ne redivivi gigantes cœlum oppugnaturi exurgant; nam multis aliis in locis Cometes noster caudam cœlo obvertere est visus, atque sic mucrone suo Superos petere. O curas hominum! cauda Cometæ est semper aversa à Sole, & nunc cœlum, nunc terram, nunc Austrum, nunc Boream, nunc Occasum, nunc Ortum respicit pro diverso Cometæ ad Solem situ. Et quidem, si terram respicit 24. hor. spatio, omnibus ferè regionibus minacem hanc appendicem adverterit; nam

cùm

cùm manè apud Chinas oritur, caudâ respicit Indos, deinde Persas. post Turcas, tum Europæos, ac demum Americanos. Contrarium fit, si Cometa est Vespertinus. Desinant igitur creduli tam anxiè quærere, quorsum Cometes caudam porrigat, quia porrigit omnibus, ut propterea vel omnibus, vel nulli timendus sit, quando omnibus indiscriminatim feralem virgam videtur intentare. Quamquam nisi fallor, non est, quod Germani sive à capite Cometæ, sive à cauda sibi multum timeant, quando Germanorum Borealissimi Belgæ, ab iis, quorum verticibus directè imminet, centenis distant milliaribus. Atque hæc de metuendis Cometarum eventis, & effectibus. Quoniam autem multùm vereor, ne paucis adhuc terriculamenta sua penitùs exemerim, solabor eosdem brevissimâ appendice, quam non ex Astrologicâ scientia infallibili, quæ respectu dictorum effectuum haberi nequit, sed ex conjecturis & suasibili rerum apparentiâ & experientiâ præsentium cum pręteritis comparatâ deducemus.

Itaque conjectura omnis prognostica alicujus Cometæ ducitur ab ejus positu respectu signi cœlestis, tum à coortu cum Planeta aliquo, & trajectione ignea per sphæras cœlestes, &c. Cometes noster primo die hoc est 27. Apr. Venerem perigæam sequi visus est, ita, ut Lunam in eadem lineâ parallelâ propius ♈. contingeret, quæ respexit meridiem, Cometa vero Septentrionem ascendens à constellatione Arietis. De trajectionei rectilineâ Cometæ non potuit haberi ratio ob festinatum ejus cursum, & increbescentem diem. Ominosum

fuit

fuit sæpe signum Arietis vicinum Tauro, Arabibus *Jupiter Cornutus* dictum, princeps signorum cœlestium. Habet signi hujus Sideratio lucidiores duas principales in cornu dextro, lævoq; quæ, cùm non tam Saturnum, quam Martem cognatum habeant, ejusdem etiam intemperiei communicant.

Ad Majorem DEI Gloriam.

Admonitio
Ad Lectorem Catholicum.

CVm libellus iste ob temporum malignitatem, & bellorum sævitiam, quæ Brisgoiam & Alsatiam, si quam aliam regionem, miserrimè devastârunt, in loco Acatholico, Basileæ nimirum apud Iac. Bertsche sit impressus, censor librorum eiusdem urbis in hoc libello multa ad placitum suum correxit, mutavit, aliqua etiam expunxit, & inprimis omnem purissimæ Dei Matri debitum honorem ivit imminutum pro more Calvinistarum; adeóque in Authorem libelli maximè injuribus extitit. Quare, ne fortè quis Authori imputet, quod alterius culpa commissum est, locos, quos mutavit, correxit aut expunxit prædictus censor ex scripto exemplari, sic ex eodem integritati suæ restitues. In fine Vestigij Cosmographici lege: cui soli & Matri eius ter amabili sit honor sempiternus. In Vestigio Geographico, pag. 40. in fine Prælogij lege; cuius unius & Matris eius purissimæ amori honoríque labor iste deserviat. Pag. 46. lin. 12. lege: Theologia exegetica & litteratura sacra. Pag. 52. lin. 4. lege: & contraria scripturæ atque Ecclesiæ authoritati. Pag. 89. lin. 14. lege: Lutherana & Calvinistica, sive, ut ab ipsis vocatur, Reformata. & pag. 90. lin. 15. lege: Calvini religionem sequuntur. Pag. 96. lin. 11. lege: Monsserratus miraculis clarus. pag. 118. lin-

lin. 13. lege: huc deportata magna cum veneratione visitur. pag. 130. lin. 10. lege: miraculis nobilissimum: quod sacellum Christus ipse cum aliquot Sanctis & Apostolis præsente S. Conrado Episcopo consecravit. pag. 359. lin. 11. lege: Creatoris Dei Deiparæque Matris, & Divorum honorem dicta sunto.

ERRATA.

OB Authoris à typo absentiam, & Correctoris Typographiæ maximam incuriam plurimi irrepserunt errores Typographici. Potiores sic emendandi sunt. Reliquos complures benevolus lector pro suo ingenio facilè ipse corriget, & boni consulet.

In Vestigio Cosmographico.

In fine Dedicationis lin. penult. lege, Servus. Pag. 6. lin. 12. lege partium. Pag. 25. l. 18. lege, filo. Pag. 49. l. 21. lege, est aspectus.

In Vestigio Geographico.

Pag. 42. l. 6. lege, tellurem. Pag 43. l. 17. unà. Pag. 49. l. 21. lege, metiri superficiem. Pag. 61. l. 16. lege, Resa. Pag. 64. l. 31. lege, evolvit. Pag. 65. l. 11. lege, Savo. Pag. 73. l. 18. lege, Patavium. Pag. 81. l. 14. lege tersissima. Pag. 84. l. 7. lege Bachu. Pag. 90. l. 9. & 10 lege, Princeps Hasso-Darmstadiensis. Ibidem l. 14. & 15. lege, Princeps Anhaltinus. Pag. 9[illegible] l. 22. lege, ad minimum. Pag 93. l. 10. Gluciæ, lege, Murciæ. Ibid. l. 24, Euleria, lege, F[illegible]

c

clesia. Pag. 95. l. 14. lege, Oviedo. Pag. 97. l. 22 lege, Quæ. Pag. 98. l. 24. lege. abundans. Ibid. l. 25. lege, regum. Pag. 101 l. 18. lege, Rhone. Pag. 105. l. 10. lege, Xantonia *Vel* Santonia. Ibid. l. 24. lege, Bearnia. Pag. 110. l. 5. suis. lege fuit. Pag. 115. l. 20. lege, Gonzagarum. Pag. 120. l. 25. & 26. lege, Liburnus. Pag 122. l. 1. & 2. lege, Archiepiscopales, & 107. Episcopales. Ibid. l. 6. lege, verè. Pag. 127. l. 1. lege, Primas. Pag. 128. l. 21. lege, Silvania. Pag. 129. l. [illegible] lege, dicuntur. Pag. 130. l. 17. lege, Austriis, *sive* Austriacis. Pag. 131. l. 9. & 10. lege, Gallorum Regi tota præter Argentinam proximo bello subjecta. Pag. 132. l. 9. dele, *Imperiale*. Pag. 133. l. 3. lege, Ladenburgum est Episcopi Wormatiensis, & Brussellium Episcopi Spirensis. Ibid. l. 20. lege, Damianus Hartardus fuit 49. Elector. Ibid. l. 29. lege, Prumiensis. Pag. 134 l. 6. Ladenburgum Episcopi sedes. hoc membrum debet poni in linea 8. post *insignis*. Ibid. l. 31. lege, Leodium. Pag. 137. l. 6. lege, subditos. Ibid. l. 13. lege, qui duo posteriores Duci Holsato-Plœnensi nunc sunt subjecti. Ibid. l. 12. & 15. lege, Delmenhorst. Ibid. l. 25. lege, Frisia Pag. 144. l. 30. lege Zirkniz. Pag. 151. l. 6. lege, Vrbes. & l. 9. lege, Vrbs. Pag. 153. l. 8. Ernestus, lege, Ludovicus. & l. 10. lege, Principes. Et l. 28. dele: *& Liechtenbergicus* Pag. 155. lin. ult. lege, Vrbes. Pag. 158. l. 9. Erga. lege, Egra. Pag. 168. l. 16 lege Walkenried. Pag. 172. l. 9. lege Franikera. Pag. 174. l. 12. lege, pascuis. Pag. 175. l. 4. germ. lege,

belgi-

belgica. Pag. 176. l. 8. lege, Fürne urbi. Pag. 1
l. 28. [&, lege, ad. Pag. 184. l. 2. lege, Leopo
tanus. Pag. 191. l. 18. lege, quartam. Pag. 1
l. 9. lege, Tricca. Et l. 26. lege, Aemathia di
ab Aemathio. Et l. 31 lege Aemathia. Pag. 20
l. 16. lege, Hofpodar. Pag. 211. l. 28. lege, I
hufia. Pag. 219. l. 10. lege, Nam à. Et l. 29.
ge, verfùs occafum Pag. 220. l 7. lege, Me
na. Pag. 228. l. 29. lege, Lœgria. Pag. 229. l
lege, Vigorniam. Pag. 232. l 23. lege, Clid
dalia. Pag. 233. l. 12. lege, Kirkua, Pag. 2.
Hifpaniæ, lege, Hiberniæ. Pag. 236. l. 6. v'
ge, verò. Pag. 237. l 18. lege, Amagria. P.
249. l. 22. lege, Mæoniam. Pag. 250. l ult.
ge, Olympia. Pag. 254. l. 24. lege, Amanu
Pag. 257. l. 22. lege, Afcalon. Pag. 272. l.
lege, territorio. Pag. 275. l. 20. lege, Pat
Pag. 276. l. 15. Rem, lege, Rex. Pag. 277. l.
lege protenfum eft ad. Pag. 278. l. 11. le
Murmulano & *Cofmin*. pag. 286. l. 11. le
Sarmatia. pag. 287. l. 4. Glongul, lege, M
gul. Et l. 17. lege, Albianus. pag 239. l. 5
ge, ingreffum & egreffum. pag. 298. l. 11. le
Ternafferi. Et l. 31. l. Galle. pag. 209. l.
lege, Iffico. pag. 307. l. 18. et, lege, at. p
310 l. 6. ad, lege, à. pag. 317. l. 20. lege,
rumque. pag. 322. l 16. proponendas, le
promovendas. pag. 324. l. 21. lege, ex p
bus. pag 325. l. 17. lege, Canaiiæ à prima
pag 327 l 4. lege, de Flores. pag. 328 l.
lege, Magellanicum & Aniænum. pag. 331
18. lege, Plymoutum. pag 337. l. 22. lege,

rea. pag. 340. l. 5. lege, appellentes. pag. 348. l. 15. lege, usurpari possint. pag. 357. l. 13. lege, Malarta. pag. 368. l. 27. lege, ob oculos. pag. 372. l. 4. pro autul, lege, arcus. pag. 376. l. 27 lege, horam. pag. 384. l. 9. lege, Gemar. pag. 392. l 5. lege, aliâ rectâ. pag. 393. l. 13. ut. lege, aut. pag. 398. l. 8. in ea, lege, lineâ. pag. 400 l. 27. & 28. lege, confectum. pag. 417. l. 12 clarior, lege, elatior. pag. 424. l. 28. lege, quidem caput. pag. 426. l. 17. lege, æstimantes. pag. 430. l. 5. lege, accommodatissimus. pag. 432. l. 26. lege, fluvius. pag. 435. l. 2. lege, Mösen. pag. 439. l. 7. lege, urbs Flandriæ. pag 437. l. 30. lege, superioris. pag. 439. l. 22 lege, Côthen. pag. 442. l. 25. lege, Ettenheim. pag. 445. l. 11. lege, Grajum urbs Burgund. Com. pag. 450. l. 11. lege, arx Brisgoiæ. pag. 455. l. 18. dele, *Imperialis*. pag. 460 l. 7. lege, Austrasiæ. pag. 466. l. 12. lege, Seciæ sive Suediæ.

In Vestigio Astronomico.

In Dedicat. pag. 2. l. 8 lege, offerrem. Et pag. 3. l. 23. substitisse, lege, subscribe. pag. 6. l. 22. lege, capaci. Et l. 24. lege rotatione. pag. 11. l. 28 lege, ubique. pag. 15. l. 25. lena, lege, sena. pag. 25 l. 8. lege, momento.

In Vestigio Cometographico.

Pag. 5. l. 14. lege, effectuum. pag. 7. lin. 21. leon, lege, capitis Draconis. pag. 16. l. 12, cum, lege, cum.

Ve

Bericht an den Buchbinder.

Die Kupffer-Tafel Tabula I. pro Vestigio Cosmographico muß zu End deß Vestigij Cosmographici eingemacht werden.

Die Kupffer-Tafel Tabula III. pro Vestigio Geometrico & Astronomico muß zu End deß Astronomici Vestigij angehengt werden.

Die Kupffer-Tafel Tabula pro Vestigio Geographico muß zu End deß Vestigij Geographici eingemacht werden.

Die Dedication deß Herrn Fürsten zu Einsidlen solle gleich nach dem Titul deß Vestigij Geometrici folgen.

NB. Es wolle der Buchbinder Achtung geben / daß er diß Büchlein nit zu hart schlage / weilen vil Truck-Fehler mit der Feder seynd corrigiert worden.

A. M. D. G.